

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Prior.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

illius ingressum , & copiam sui se daturum. Quid multa? Quamuis inter longum esset , tamen a finum suum mutare noluit , sed transito Rheno , terram illius intrauit , nec longe post , ille pacis inimicus interiit. Sic iste inermis de immani ty ranno triumphum accepit , pacatisq; omnibus,in tribus , ut diximus , Ecclesiis , de eodem allodio seruitium Dei omni tempore agendum ordinauit , in quibus fratrum & sororum usque hodie viget consecratio , & in cultu diuino floret honesta religio.

NOTATIONES D Y Æ Prior.

Habetur positum iā caput in S. Nort berti Archiepiscopi Magdeburgensis & Præmonstratensium Monachorum Patriarchæ historia cap. 30. apud Surium Tomo 3. die 6. Iunii p. 533. eique alia de Comite alio adiungitur cap. 13. narratio , quæ , quantum apud multos ac magnos , spiri-

92 GODEFRIDI COMITIS

spiritualis emolumenti pepererit Godefridi
nostrī mutatio , perspicuē indicat hisa
verbis: Cum in Franciam reuerteretur
Norbertus , & fama de conuersione
supradicti Principis (Godefridi) mi-
rantibus multis diuulgaretur , quod
cum habitu in monasteria mutasset
castra , totumque Comitatum serui-
tio Dei mancipasset , exemplo eius
commotus & compunctus quidam
nobilissimus Princeps , Comes Theo-
baldus , hominem Dei adiit , de salut-
sua & de remissione peccatorum suo-
rum simili modo consilium quesi-
rus . Sed cum eum S. Norbertus audiij-
set , patrem esse orphanorum , tuto-
rem viduarum , nutritorem paupe-
rū , solamē leprosorum , ipsi , accepto ,

post datas inducias , diuinitus cōfilio ,
dixit homo Dei : Iugum Domini , vi-
cēpisti , cum iugo matrimonij por-
tabis , & semē tuum , cum benedictio-
ne , patrum tuorum præcedentium
terrā largissimā obtinebit . Pen-
set hīc Lector , quanta fuerit in viro
Dei

*An non
iste Co-
mes
Theo-
baldus ,
de quo
in suis*